

ter effectus omnes ex illa deductos, consideratosque ab Antonio Gomezio, loco relato ibidem, habere locum non posse, si verè testatore defuncto nulla bona, aut jura remanserint; tunc enim nec hæreditas propriè dici poterit, nec dispositio testatoris aliquid operabitur in casibus per Gomezium adductis, ut de se patet aperte, nec alia probatione indiget.

23 Quintò infertur, sustineri non posse interpretationem Glossæ in dict. l. hæreditas, verbo, intellectu, quamvis probaverint eam Fulgositus, & Alexan. in rubric. ff. de acquirent. hæredit. Joannes Crotus in proliis l. qui liberos, ff. de ritu nuptiarum, num. 24. existimantes accipiendum esse textum illum in rebus corporalibus, ut sic ex sententia eorum, voluerit Jureconsultus probare dumtaxat hæreditatem dici quamvis defunctus res corporales non reliquerit, sed solum incorporales, quæ in jure consistunt, quales sunt illæ, quæ enumerantur in l. I. vers. incorporales, ff. de rerum divisione, & in §. unico, Instituit. de rebus corporalibus, & incorporalibus; & consequenter, ut verba illa, Sine ullo corpore, ponantur ad differentiam corporum, quo nomine res, quæ tangi, & videri possunt, continentur, ut vestis, aurum, argentum, & similia, l. quod dicitur, ff. de impensis in rebus dotalibus factis, l. I. in fine, ff. de dote prælegata. Sed quidem errore manifesto labuntur Authores ipsi, ut pote, cum illius textus ratio, & decisio sic procedat relicti rebus corporalibus, sicut si incorporalia tantum relinquuntur; nam & tunc hæreditas dicitur nullum habere corpus, & diversa est à rebus hæreditariis, ut sæpe diximus, nec potest prædicta interpretatio convenire verbis, dict. l. hæreditas, maxime illis, Jure intellectu habet: nec etiam deduci debet ex verbis sequentibus, Sine ullo corpore.

24 Quæ, ut ad eum text. cum judicio observat Costanus quæst. juris, cap. 18. num. 10. & colligitur ex text. in l. sed si ante, ff. de exceptionibus, sic pertinent ad res, quæ videri, & tangi possunt, hoc est, ad corporales, sive quæ corporis appellatione propriè designantur, sicut ad incorporales, quæ corporis nomine interdum significantur, licet minus propriè; atque ita in illo textu, ea verba, Sine ullo corpore, referenda sunt ad unas, & alias res, argumento l. familia C. familia exiscunde, l. etiam, §. non solum, ff. de petitione hæreditatis, ut sic hæreditatis dicatur non habito respectu ad res hæreditas, sive illæ corporales, sive incorporales sint.

25 Sextò infertur, longè differre, quod ad questionem nostram attinet, an testator nulla bona, aut nulla jura penitus reliquerit, an verò relinquat aliqua bona, aut jura, licet maximo ære alieno sic oppressa, quòd æs alienum totam hæreditatem absorbeat, ut soluto ære alieno nulla bona supersint; nam primo casu locum obtinent omnia, quæ superius diximus. Secundo verò casu, quo quis ære alieno maximo gravatus est, ita ut creditoribus bona non sufficerent; posset nihilominus cum effectu testari, & hæreditas scribere, & ejus hæreditas verè diceretur cum defunctus verè dominus fuerit, sive rerum, quas reliquit, verum dominium habuerit, argumento text. in l. I. & per totum titulum, ff. que in fraudem creditorum: & idèd hæres in illis bonis succedit, & antequam adeat, hæreditas ipsa, licet nullum commodum allatura sit, non idèd minus hæreditas dicitur, l. hæreditatis appellatio 119. ff. de verborum significatione, facit text. in l. qui solvendo, & in l. ei qui solvendo, ff. de hæreditibus instituendis, & in hanc doctrinam pugnat aperte, & subtiliter eruditissimus Franciscus Connanus, cujus opera integrè, atque attentè prælegisse nunquam poterit, commentariorum juris civilis, lib. 10. cap. 5. num. 1. in princ. vers. ut omnia ejus dicta, & facta, & ipsum non referens Doctor Spino in speculo, glossa 33. §. num. 12. in

26 fine, quem supra, num. 12. hujus capituli, idèd arguebam & notabam, quòd idemmet Author crediderit hoc intendisse, aut probare voluisse Papinianum Jureconsultum in dict. l. hæreditas; postquam enim Glossæ intellectum improbat ibi, verius dependendum constituit, juxta præfatam doctrinam accipiendum illum

textum, quæ tamen licet in se vera sit, & per totam hanc illationem à me probata, tamen ex illo textu minime deducitur, in quo hæreditas sic juris intellectum habet, bonis multis liberè & absque ullo onere relicti, sicut si maximo ære alieno oppressa relinquuntur: ex aliis ergo juris principiis, non ex illo textu deduci debet præfatum assumptum.

28 Septimò infertur ad resolutionem dubitationis jurisdam, scilicet, cum testator disponat de rebus suis in id tempus, quo earum dominus futurus non est, quia testamentum, & dispositio sua accipit vires post mortem, quæ omnia solvit, & dispositio licet fiat tempore habili, quo est dominus tamen ejus effectus conferitur in tempus inhabile, quod de jure fieri non potest: quare, inquam, de jure communi inductum sit, ut quis testetur videbatur enim quòd nullus testari possit, quia effectus dispositionis confertur in tempus inhabile, quo dominium bonorum suorum amisit.

29 Et quidem in eo dubio præmittendum est, primò, testandi facultatem multis de causis inventam fuisse, de quibus videndi sunt Guilielmus Benedictus in cap. Raimundus, de testamentis, verbo, testamentum, el primero, num. 6. 7. & 8. Portius & Nonius in princ. Institut. de testamentis, Menchaca de successionum creatione, lib. 1. in præfatione 1. part. ex num. 29. usque in finem.

30 Secundò præmittendum est, testandi facultatem ex gratia potius competere, quam ex mero jure, ut opinatur Guilielm. Benedict. loco relato num. præcedenti, n. 5. vel de æquitate juris, non de subtilitate, vel de gratia, ex sententia Belloni, quæ verior videtur, in rubrica Instit. de testamentis, secunda quæst. principali, in fine, vers. concludo ergo, qui tamen videndus est per totam illam questionem: utcumque tamen se habeat res prædicta cessare inconveniens, sive dubium propositum, quia licet ultima testatorum voluntas; & dispositio conferatur post mortem, quæ omnia admit, tunc certum est, tamen per legem provisum est, ut supra diximus, inducendo hæreditatem jacentem, quæ imaginaria, sive ficta quædam

32 persona est, in qua continuatur magis, quam finitur jus defuncti, sic ut illa retineat dominium, obligationes, & alia, quæ testator ipse vivus posset retinere, & magis videatur translatum, quam perditum dominium, atque executio tantum fieri post mortem ejus, quod perfectè disposuit in vita testator, ut optimè declarant Castrensis in rubrica, ff. de acquirenda hæreditate, & Jason ibi, num. 5. Peralta in rubrica, ff. de hæreditibus instituendis, num. 137. Carolus Sigonius de antiquo jure Romanorum, cap. 11. & interminis nostris dubitationem superiorem sic eleganter explicat Nicolaus Bellonus in princ. Instit. de testamentis, dict. quæst. principali, num. 3. ubi optimè satisfacit aliis dubiis, quæ in idem tendunt, ut cum

34 necesse fuerit, omninò videri debeat prædictus Author, ultra quem sic etiam intelligunt præfatum dubium D. Franciscus Sarmientus de rebus Ecclesiasticis, part. 4. cap. 5. num. 7. in fine, & num. 8. D. Spino in speculo, Gloss. rubricæ, 1. part. num. 17. per totum. Elegantius Joannes Oinotomi in rubrica, Instit. de testamentis, ex num. 5. usque ad num. 11. Et verè pro illis optimè faciunt quamplurima jura, ac inter alia text. in l. non minus, vers. 1. ff. de hæreditibus instituendis, l. hæreditas, §. 2. ff. de acquirendo rerum dominio, l. mortuo, ff. de fidejussoribus, hsi is qui pro emptore, in fine, ff. de usucapionibus, §. servus etiam alienus, Instit. de hæreditibus instituendis, & pungit in idem Barbosa, qui prædictos non refert, in 3. part. rubrica, ff. soluto matrimonio, n. 16 ubi dumtaxat expendit text. in dict. l. non minus, & num. 17. infert ad nonnulla, quæ huic materiæ non improprie conveniunt.

35 Octavò infertur, prædictæ resolutioni, aut doctrinæ hæcenus traditæ minime adversari Ruini opinionem in rubrica, ff. soluto matrimonio, n. 94. & Parisij d. 220. asserentium universitatem, sive jus universale non extingui rebus omnibus universitatis extinctis, sive nulla earum existente, per text. in l. peculium nascitur, ff. de peculio: qui textus aliàs etiam solet ponderari adversus ea, quæ

quæ numeris præcedentibus adnotavimus. Sed verè prædictorum Authorum sententiam non probat; nam præterquamquod Socinus n. 45. & Socinus junior n. 27. 3. part. in eadem rubrica ff. soluto matrimonio, contrarium tenuerint, & distinctione componat eos Barbosa 3. part. ejusdem rubricæ, dict. n. 17. ex alio non obstat illius textus decisio, quòd Jureconsultus loquitur, quando res aliqua peculiares pereunt, ut inquit Marianus in l. I. ejusdem tit. ff. soluto matrimonio, n. 27. ultra quem addendum est, quòd etsi omnes res peculiares perirent, & sic præsens peculium extingueretur; tamen facultas, & spes, aut aptitudo habendi peculium duraret, nisi expresse à domino adempta fuisset. Quod clarè insinuat Jureconsultus in versiculo, moritur, illius l. & notat Glossa secunda in l. quæstionum 31. ff. de peculio: & sic peculium adhuc dici potest. Verum in terminis quæstionis nostræ; si mortuo testatore nihil omninò remaneat, facultas, aut spes habendi bona extinguitur omninò; idèdque licet jus illud intellectu adhuc duret, tamen propriè hæreditas ejus dici non poterit, qui nulla bona reliquit: & sic debent intelligi quæ in proposito dict. l. hæreditas, adnotavit D. Petrus de Barbosa dict. 3. part. rubricæ, ff. soluto matrimonio, n. 17. vers. si verò loquamur de universitate. Et etiam, quæ in proposito hujus capituli, & breviter nimis adduxit Simon de Præteris de interpretat. ultim. volunt. lib. 2. interpretat. 2. solutione 3. n. 1. & 2. sequent. fol. 209.

CAPUT XVIII.

De Testamentis plurium in eadem charta confectis.

Testamentum à marito, & uxore vel à duobus aliis simul confectum; utrùm à supervivente pro sua parte, vel in solidum revocari possit? Quid in Majoratu, aut in melioratione simul facta ab eisdem, tam de jure communi, quam de jure Regio: quid si supervivens aliquid confectus est ex bonis conjugis prædefuncti? Quid denique de usufructu, aut de fructibus ab eodem perceptis in casu revocationis; vel an hæreditatis additione, fructuumve perceptione, supervivens videatur unus non revocandi dispositionem sibi impositum agnovisse, & de aliis multis prædictis connexis, quæ esse vulgata, & multis in locis tractata fatetur Author, idèd tamen eorum disputationem prætermittere noluit, ut accurata equidem, & diligenti explanatione, quæ hæcenus in proposito scripta erant ab aliis, hoc loco recenseret in unum, & libi quærendi in futurum cæteros excusaret; tum etiam, ut dictis adhuc quamplurima, & noviter, & verè adjiceret, quæ distinctè sic, & dilucidè explicata, suòque ordine composita nullibi antèd fuerunt.

SUMMARIUM.

- 1 Author reddit rationem, quæ præcipuè movit eum, ut hujus capituli disceptationem susciperet, de qua multis in locis egerunt antèd permulti, & ibidem hujusce rei utilitatem ostendit.
2 Author recenset in unum quamplures Authores, quos pro hujus capituli dilucida explanatione, attentè, atque originaliter prælegisse fatetur, & tribus num. sequentibus.
3 Burgos Salon de Paz tractatu, atque resolutione questionum hujus capituli, antecellit alios multos; idcirco videndus erit omninò.

- 4 Alvarum Valascum in proposito questionum hujus capituli ceteris quidem elegantius loqui, & septem dubiis propositis, rem hanc distinctè magis, quam alios explicasse.
5 Pelæz à Mieres, in hac materia latius loquutum, quam Molinam, & trium casuum distinctione, nonnulla adnotasse, ad quæ alii antèd non sic animadvertabant.
9 Testamentum potest à duobus, vel à pluribus in eadem charta, aut scriptura confici, idque ex communi omnium Doctorum placito; sic, ut nullus in hoc dissentiat.
7 Testamentum cum faciunt duo, plures se in eadem scriptura, aut charta, tunc, quot sunt persone consentientes, tot esse testamenta censentur: in quo etiam conveniunt omnes Doctores, nec ullus in hoc dissentiat.
8 Testamentum à duobus in eadem charta, aut scriptura confectum, unicam tantum solemnitatem requirit, non duplicatam; nam etsi duo testamenta censeantur, non unum testamentum: solemnitas tamen illa uno contextu adhibita sic refertur ad omnes personas testantes, ut pro unoquoque separatim adhibita censeatur.
9 Quod procedit, quoad numerum testium, sigilla, subscriptiones, unicam contexturam, & reliqua, quæ plurium personas possunt respicere; non verò quoad ea solemnitas, quæ ab ipsis testatoribus debent peragi, quia talia ab ipsis testatoribus, & à singulis eorum debent fieri, ut latius hoc numero explicatum traditur, remissivè.
10 Et juxta ea, intelligenda dicit Author nonnulla, quæ non ita distinctè, aut absolute in proposito adnotavit Andreas Gail.
11 Testamentum uxoris, & mariti an validum sit, in quo maritus sua manu se heredem scripsit.
12 Testamentum viri sua manu factum, in quo ille uxorem heredem instituit, valere debet, etsi non valeat testamentum uxoris instituentis virum, manu ipsius viri scriptum, contra Lusitanum Gamam, cum Beccio, & ipsius Gamæ Additionatore.
13 Testamentum in quo maritus & uxor se adinvicem reciprocè hæredes institunt, validum esse, ex sententia communi.
14 Et rationibus nonnullis, quibus movetur D. Franc. Sarmientus, ut contrariam sententiam tueatur, facile, & verè quidem responderi posse, prælectis his, quæ in proposito adnotavit Valascus, hoc numero ab Authore relatus.
15 Pactum reciprocum inter conjuges de succedendo, an valeat tam de jure communi, quam de jure Regio: ubi nonnulla consideravit Author ad quæ nullus antèd respexit.
16 Testamentum à marito & uxore, vel à duobus aliis confectum simul in eadem scriptura, aut charta, potest ab altero pro parte sua revocari, & sententia multorum Authorum.
17 Quæ & jure, & rationibus concludentibus fulcitur, per totum numerum.
18 Et extenditur, ut procedat sive alter revocaverit in vita ejus, qui simul cum eo disposuit, sive etiam post ejus mortem, nam in utroque casu, indistinctè revocatio fieri potest, prout hoc numero adnotatur.
19 Dummodo revocetur dumtaxat quoad partem revocantis, quia quoad alios non revocantes firmum remanet testamentum.
20 Secundo extenditur, ut procedat, etiamsi testamentum simul faciant conjuges in favorem alicujus, vel aliquorum, vel ut utriusque proximi hæredes bona sua, aut aliquam partem eorum accipiant; nam adhuc uno ex conjugibus mortuo, superstes jure potest dispositionem suam revocare, prout latius explicatum traditur remissivè.
21 Testamentum si maritus, & uxor simul fecerunt, & cum convenissent de instituendo aliquem heredem, fortè consanguineum, ut frequenter accidit, impledo promissa, cum heredem instituerunt, unusquisque pro parte sua, & uno mortuo, alter testamentum revocavit;

- vocavit, nihilominus tamen firma erit institutio, quam fecit pramortuus, ex sententia quorundam.
- 22 Qui crediderunt procedere id, etiam si ex praesentatione institutionis, aut ex aliis verbis dispositionis constare possent, non aliter institutum pramortuum, quam si alter promissa observaret.
- 23 Sed veretur quidem Author, ne forsitan contrarium dici possit, ex his, quae in materia nostra tentavit Mieres, relatus hoc num. & vide infra n. 67.
- 24 Testamentum, aut ultimam aliam dispositionem quamcumque, si ponamus à duobus simul, in favorem alicujus, vel ut Majoratus institueretur, aut opus aliquod pium perageretur, sic confectam, ut verba ejusdem, conditionem, aut modum praese ferre videantur, tunc equidem communes Doctorum resolutiones circa confirmationem testamenti pro parte pramortui, aut fructus à supervivente perceptos non restituendos, obtinere non posse, prout hoc num. adnotatur, & vide latius infra, ex num. 70.
- 25 Testamentum cum fecerunt maritus, & uxor simul, in casu proposito supra num. 21. non procedere resolutionem traditam ibi, si probetur dolo alterius indutum, instituentem; tunc enim pro parte ejus advocaretur hereditas à venientibus ab intestato, ut hoc num. adnotatur: ubi Ludovici Molinae resolutio generalis in proposito noviter expenditur, & ad utrumque forum applicatur.
- 26 Testamentum cum faciunt maritus, & uxor, vel alii duo simul, in eadem scriptura, aut charta, conjunctimque de bonis suis disponunt, vel aliquo modo; aut nominatim in aliquam causam expendi illa decernunt: usque adeo superstes pro sua parte eam dispositionem revocare potest, ut defunctus ex hac revocatione deceptus non videatur, nec illi ex hoc aliqua fraus, aut injuria facta fuisse censetur.
- 27 Cum notum sit omnibus, eam conditionem actum illum ex sui natura sortiri.
- 28 Nec posse quem pacto aliqua ad non mutandum suum testamentum adstringi.
- 29 Sibi que imputare debere, qui cum remediis opportunis uti potuisset, ne propria voluntas illusoria redderetur, neve alterius simul sibi testantis dispositio revocari posset ab eo, non se prevenit.
- 30 Damnumque ex hoc contingens aequo animo pati debet, cum magis propria culpa, & negligentia sua, quam adversarii fraude id contingat.
- 31 Eo magis, quod damnum hoc promissum est, & casus communis, nam & poterat prius supervivens mori, quam defunctus: & tunc defunctus ejusdem conditionis esset, cuius & nunc veniens, & ob id omnis simile non fuisse, nec aequale judicari non potest.
- 32 Testamentum à conjuge supervivente pro sua parte revocari posse, quamvis maritus, & uxor simul testentur, & in aliquam causam sua bona simul expendi, aut converti constituant, & utriusque bonorum usufructu supervivente frui caverint expresse, supervivente alio mortuo, praedicto usufructu fuerit fructus, ut hoc num. latius explicatum traditur, remissive.
- 33 Testamentum in eadem scriptura si maritus, & uxor faciant simul, & in testamento, ipsum testamentum non revocandi omnis expresse fuisse constitutum, & ob id fructus superviventi illico assignarentur, quod nec hereditatis additione, nec fructuum perceptione praedictum omnis acceptatum videtur, nec fieri potest irrevocabile testamentum.
- 34 Majoratus, aut melioratio, à viro & uxore simul institutus, ab uno illorum, altero mortuo revocari valet.
- 35 Nisi tempore facti Majoratus, aut meliorationis, vel postea antequam alter eorum revocaret, possessio bonorum, aut scriptura Majoratus coram Tabellione tradita sit vel melioratio ob causam onerosam fuerit facta secundum formam l. 27. & 44. Tauri; tunc enim revocatio non permetteretur.
- 36 Vel nisi ex scriptura Majoratus, quem vir, & uxor constituerunt constaret, quod unus sine altero majoratum illum non constituisset, neque alioquin fecisset, ut latius probatum traditur, remissive.
- 37 Deinde, nisi maritus, & uxor faciant simul contractum incertum in tenore Majoratus, vel meliorationis, in quo unus alteri invicem promittit, quod nunquam discedet à tali contractu; nam tunc conjux superstes revocare non poterit, ut etiam latius probatum hoc numero traditur, remissive.
- 38 Ac denique, nisi maritus ipse solus testetur ex consensu uxoris, constituatque Majoratum, aut meliorationem de bonis tam ipsius, quam uxoris faciat, tunc enim mortuo marito, ejus morte confirmatur haec ultima voluntas, tam quoad bona viri, quam quoad bona uxoris, ut hoc num. latius probatur.
- 39 Extenditurque, ut procedat non solum de jure communi, sed etiam de jure Regio post decisionem l. 27. & 44. Tauri, ex singulari declaratione D. Joannis Gutierrez, quae laudatur & probatur ab Authore.
- 40 Et duo etiam circa eam adnotantur.
- 41 Testamentum de bonis tam ipsius, quam uxoris si faciat maritus solus ex consensu uxoris, solum operatur unum effectum, quod licet ipsa posset revocare, si faceret testamentum; tam ex quo consensu, revocare non poterit, sed non operatur effectum, ut possit pater inter filios disponere, nec eos in Legitima amplius gravare in bonis uxoris, ex sententia Roderici Suarez, quae ab Authore probatur, & noviter declaratur.
- 42 Majoratum de re uxoris si faciat maritus consentiente uxore ipsa, an possit filius primogenitus petere aliquid in vita patris, si mater sit mortua: ubi Pelaez à Mieres sententia refertur, & noviter explicatur.
- 43 Roderici Suarez dubium, quod ipse determinare ausus non est, sed cogitandum reliquit, verè & eleganter explicatum ab Authore.
- 44 Majoratum de omnibus bonis uxoris suae, si maritus consentiente ipsa instituerit, licet potest uxor revocare illum, ex quo nulla bona ei supersunt, de quibus testari possit, & quia esset facere donationem omnium bonorum, quae à jure reprobat.
- 45 Majoratum maritus si de consensu uxoris, & de bonis illius instituat, & postea revocet Majoratum, ad quem debeant pertinere res Majoratus? difficillima questio, in qua Gregorius Lopez cogitandum reliquit: alii verò Authores amplius non insistant, sic potius transeunt cum illo.
- 46 Insistit tamen, ac de veritate ejus veretur Azevedius solus hoc num. relatus.
- 47 Author verò, ut rem hanc subobscuram quidem, & valde dubiam explicet, nonnulla adnotare constituit, ex quibus cum occasio se offerat, facilius diffiniri posse dubium praedictum existimavit.
- 48 Et in primis constituit, negari non posse, quin in casu praedicto justam habuerit dubitandi rationem Gregorius Lopez, prout latius adnotatur hoc num.
- 49 Secundo constituit, in proposito specie, utcumque res se habeat, bona hujusmodi penes maritum remanere non debere, nec ipsum ullo modo posse de illis disponere.
- 50 Tertio constituit, questionem, aut litem super bonis praedictis, inter eum qui nominatus fuit ad majoratum, & successores ab intestato futuram, aut forsitan cum heredibus, si heredes ex testamento fuisset contingeret, maritum verò excludendum omnino, nec jure aliquo posse litem movere.
- 51 Quarto constituit, in casu praedicto, bona quidem libera remanere, nec vinculo, aut Majoratui subiecta, idque non ex ratione considerata per Azevedium, sed alia longe diversa ad quam in proposito nullus haecenus animadvertit, ut hoc num. adnotatur, ubi etiam dicitur ex revocatione Majoratus facta à marito

- marito, ad quem res uxoris debeant pertinere?
- 52 Quinto constituit, in favorem ejus, qui nominatus fuit ad Majoratum, non urgere nonnulla, quae de jure jam quaesita ex consensu uxoris non tollendo, atque ex doctrina Bartoli in l. qui Romae, §. Flavius, ff. de verbor. oblig. Azevedius adduxit, quibus breviter, & verè satisfaciunt Authores.
- 53 Sexto constituit, rationem, & resolutionem superius traditam, aequaliter etiam militare, cum Majoratum à marito ex consensu uxoris factus est, de bonis tam ipsius, quam uxoris, sicut in superiore, cum de re tantum uxoris factus est, de consensu ipsius; & tunc non male urgere rationem, quam Azevedius adduxit.
- 54 Septimo tandem constituit, praefatos Authores notà aliquà dignos quidem esse, eo quod supponentes pro certo, licet marito jure ipso, Majoratum de re uxoris sic institutum revocare, dubitare non debuerint admissio eo, an remaneret Majoratus: quomodo enim Majoratus remanere, aut subsistere poterat, dispositione revocata, ex qua initium sumere debuisset, aut quo titulo posset nominatus petere Majoratum?
- 55 Testamentum cum à duobus sit in eadem scriptura, aut charta, posito, quod certum est, licet superviventi pro sua parte revocare illud, etiam si usufructu, aut fructibus bonorum, aliode commodo fructus sit, atque etiam si in testamento omnis non revocandi testamentum ipsum expresse fuisset injunctum, an testamentum dicto in casu revocans, perceptos fructus, sive commodum ex testamento sibi proveniens, restituere sit adstrictus?
- 56 In quibus terminis questionem proposuit Burgos Salon de Pace, & eam non dissolvit, dumtaxat dicit, complura ad utramque partem expendi posse, & nonnulla videnda esse, quae hoc num. adducuntur, & de inductione eorum noviter agit Author. num. seqq.
- 57 Expeditur text. in l. cum donationis, C. de transactionibus, de quo agitur, & de sententia Glossae ibidem, & Alexandri consil. 113. Perfectis his, ex num. 19. lib. 6. in proposito inducitur.
- 58 L. Imperator, §. cum quidam, ff. de legatis secundò, verè induci non posse, circa propositum questionis superioris, prout hoc num. noviter advertit Author.
- 59 L. 2. tit. 4. parit. 6. quam in questione superiori Burgos de Pace expendit, in neutram partem induci potest, prout hoc num. adnotatur.
- 60 Ludovicum Molinam in dubio proposito supra, ex num. 55. nihil resoluisse, sed dixisse dumtaxat, videnda esse ea, quae circa id congesterunt nonnulli Authores, qui hoc num. praecitantur.
- 61 Quorum omnium resolutiones ab Authore diligenter praesentatae, quid in proposito evincant, & novè, & verè hoc num. adnotatur.
- 62 Alphonsum de Azevedo non tractasse praesentam questionem, sed remississe se ad alios, qui etiam certam resolutionem non tradiderunt.
- 63 Alvarium Valascum in consultatione 7. num. 7. latius se habuisse circa questionem, de qua supra, ex num. 55. nihil tamen dixisse ex his, quae ab Authore adnotata fuere num. praecedentibus, & in effectu sententiam suam interposuisse in favorem ejus, qui fructus percepit, ut eorum restitutioni obnoxius non sit, quamvis pro sua parte testamentum mutaverit.
- 64 In id tamen praesentatae Authores nonnullos, qui ejusdem resolutionem non jurant, prout hoc num. noviter, & verè adnotatur.
- 65 Author verò, ut in praefato dubio sententiam suam interponat, nonnulla constituit necessarium duxit; in primis, dubii praedicti exemplum, aut casum tripliciter proponi posse, ut hoc num. distinctè magis, quam antea erat, adnotatur.
- 66 Secundo constituit, praemittendum esse unum casum, in quo nullus equidem dubitare poterit, nempe, quando in casu revocationis supervivens, expresse cautum Joan. del Castillo Quotid. Controv. Juris Tom. 11.
- fuerit, quid de hereditate, aut de fructibus bonorum pramortui fieri debeat, prout latius hoc num. adnotatur.
- 67 Tertio constituit, quid dicendum sit, quando expresse cautum non reperitur in casu revocationis supervivens, tamen ex aliis conjecturis, aut ex praesentatione dispositionis apparet, non aliter sic dispositurum pramortuum, aut non aliter fructus relictorum, quam si sibi certus esset, dispositionem suam, promissive observaturum superviventem, & vide supra, n. 22. & 23.
- 68 Quarto constituit, in casu dubio, morte pramortui, testamentum, dispositionemve adeo confirmari, ut quamvis supervivens, pro parte sua immutaverit, adhuc alterari non debeat dispositio pro parte sua, nec etiam fructuum, alteriusve commodi restitutioni obnoxius sit supervivens.
- 69 Quod limitari, aut explicari debet dupliciter, primo aut notavimus supra, num. 25. secundo ut ibidem notavimus, num. 37.
- 70 Quinto & ultimo constituit, advertendum esse ad ea, quae dicta fuere supra, num. 24. ut scilicet, cum verba talia sint, quod modum, aut conditionem praese ferre videantur, tunc equidem observari debeat resolutio tradita ibi, quae hoc num. & seq. latius confirmatur, atque exornatur.
- 71 In conditione id poni potest, quod in dispositione positum, minime ardeat.
- 72 Liberationem à Titio Sempronio concessam hac conditione, si Sempronius Titium haeredem fecerit, validam esse ex sententia multorum.
- 73 Conditionis defectus semper habet oculos retrò, videlicet ad tempus dispositionis, ut actus annullari, aut rescindi debeat cum fructibus.

Pro absoluta, & distincta hujus Capitis explicatione, in primis advertere necessarium duxi, quod transcribendi vitium ab instituto, & conditione mea licet multum abhorreat, ut alio cap. hujus libri, superius dixi; nihilominus tamen disceptationem hanc, de qua multis in locis egerunt antea permulti, ideò non praetermittendam existimasse, quod eam in praxi adeo frequentem esse sciam, ut nulla equidem frequentior sit, aut quae assidue magis in causis etiam gravissimis occurrere soleat; quam ob rem gratum quidem, & jucundum Lectori futurum credideram, si omnibus originatè, atque attemptata mente praesentis, qui haecenus in proposito scripserunt, ex ipsis certas, aut communi Scribentium omnium placito receptas magis conclusiones elicerem, ut in futurum, ceteros tantorum Authorum lecturam gravari necesse non sit; sed in praesentis, quae hoc capite distinctione, atque resolutione adnotatur, aliorum scripta perferendi onus effugiant, & quam plurima ultra ipsos adnotata videant, quae non alique ingenti labore, assidueque Scribentium omnium lectura, sic animadverti, aut distingui potuissent, nec alibi reperirentur scripta.

Deinde & secundo loco constituendum est, pro dilucidatione hujus rei explicatione, ultra ordinarios in multis locis, & alios plures ex Antiquioribus quos ideo omitto, quia à sequentibus praecitantur, eos Authores originatè à me praesentis, qui utilius, atque ex professo magis tractarunt, & videndi erunt omnino Rodericus Suarez in l. quoniam in prioribus, C. de inofficioso testamento, in §. limitatione, in vers. ad praedicta facit in simili, folio 73. & 74. usque ad versiculum, limita etiam. Gregorius Lopez in l. 9. tit. 13. parit. 5. in gloss. 1. & in l. 2. tit. 15. parit. 2. verbo, el mas propinquo, vers. sed pone quod maritus, & uxor. Firaquel. de primogenitura, q. 68. ubi vide omnino, & vide etiam quest. 8. Petrus Pechius de testamentis conjugum, lib. 1. cap. 17. cap. 18. & cap. 19. ubi multa dicit in proposito non contentuenda. Bernardus Diaz regula 735. Burgos Salon de Pace, qui tractatu, atque resolutione questionum hujus capitis, ante